Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ait. iussisti. s; dedisti. vbi commendatur eiusdem
gratia. Quid enim habet quod non accepit et in unigeni
to humana natura. Sed quomodo consummauit
opus quod accepit ut faciat. cum restet adhuc
passionis experimentum. nisi quia consummasse
se dicit. quod se consummaturum certissime no
uit. Crisosto. Vel dicit consummaui. quia ea
que ex parte mea sunt omnia feci. aut quo
niam id quod maximum est. factum est. dicit post totum
iam factum esse. Radix enim bonorum submissa
erat. quam omnino debebat sequi fructus. Et
quia hiis que futura erant ipse iam ade
rat et copulabatur. Hylar. Post que. ut
meritum obediencie et sacramentum tocius dispen
sacionis intelligeremus. adiecit. Et nunc
clarifica me tu pater. apud temetipsum. Aug.
Supra dixerat. pater uenit hora. clarifica fi
lium tuum ut filius tuus clarificet te. In
quo utrorumque ordine ostenderat prius. a patre
clarificandum filium. ut patrem clarifi
caret filius. Modo autem dixit. Ego te clari
ficaui. et nunc clarifica me. tamquam pri
or ipse patrem clarificauerit. a quo deinde ut
clarificetur exposcit. Ergo intelligendum
est utroque uerbo superius usum eo ordine quo
futurum erat. Modo uero usum fuisse uerbo
preteriti temporis de re futura. Velud si dixisset.
ego te clarificabo super terram. opus consummabo
super terram quod dedisti michi ut faciam. et nunc cla
rifica me tu pater. que est omnino eadem senten
cia. Sed quod hic addit clarificacionis modum
cum subditur. Claritate quam habui priusquam
mundus fieret apud te. ordo uerborum est. quam
habui apud te priusquam mundus esset. Hoc quidem
sic intelligendum putauerunt tamquam na
tura humana que suscepta est a uerbo. con
uerteretur in uerbum. et homo mutaretur in
deum. immo si diligencius cogitemus. homo
periret in deo. Non enim quisquam ex ista mu
tatione hominis. uel duplicari deum uerbum dic
turus est. uel augeri. Sed quisquis dei filium
predestinatum negat. hunc eundem filium hominis

negat. Cum ergo uideret illius predestinate
sue glorificacionis uenisse iam tempus. ut et
nunc fieret in reddicione. quod fuerat in pre
destinacione iam factum. orauit dicens. Et
nunc clarifica me tu pater. et cetera. illam clarita
tem quam habui apud te. in predestinacione
tua. tempus est ut apud te habeam et uiuens
in dextera tua. Hylar. Vel orabat ut id quod
ex tempore erat. gloriam eius que sine tem
pore est claritatis acciperet ut in dei uirtutem
et spiritum incorrupcionem. transformata car
nis corrupcio absorberetur. Crisostomus.

Manifestaui no
men tuum ho
minibus quos
dedisti mi
chi de mun
do. Tui e
rant. et
mi eos dedi
sti. et ser
monem tu
um serua
uerunt. Et
nunc cogno
uerunt quia

Quia dixerat opus
consummaui. ma
nifestat quale opus.
ut scilicet nomen dei ma
nifestaret. Vnde dicit. Ma
nifestaui nomen
tuum hominibus quos
dedisti michi de mundo.
Aug. Quod si de hiis
tantum dixit discipulis
cum quibus cenauit.
non pertinet hoc ad illam
clarificacionem de qua
superius loquebatur
qua filius clarificat
patrem. Quanta est enim
gloria. xii. uel. xi. inno
tescere potuisse mor
talibus. Sed sic accipitur quod
ait. Manifestaui no
men tuum hominibus
quos dedisti michi de
mundo. Omnes istos
gnouit qui mem
brum fuerant creditur.
est plane ista clari
ficacio qua filius clari
ficat patrem. et tale
est quod ait. Manifesta
ui nomen tuum. et cetera.

ix. de trin.

iii. de trin.